

nostram Misnensem et capitulum nostrum convertimus et ei liberaliter conferimus et donamus. In cuius rei testimonium praesentem litteram scribi iussimus nostri sigilli robore communitam. Datum et actum Misnae anno domini M°.CC.LXXXX. sexto pridie Non. Septembris, pontificatus nostri anno quarto, praesentibus Heinrico canonico sanctae Crucis in Wratislavia, Conrado ecclesiae nostrae perpetuo vicario, Herbordo canonico et plebano in Wurzin, Vlrico in Lubenitz et Heinrico in Camentz plebanis, Thimone de Woinitz milite et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Bischofs an grünseidenen Fäden.

No. 320. 1296. 26. Oct.

*Probst und Capitel einigen sich in gewissen Bestimmungen über die Verleihung der Prälaturen und Canonicate ihres Stifts und die diesen zustehenden Pfründen, so wie über verschiedene finanzielle Angelegenheiten des Stifts überhaupt.*

Nos Siffridus praepositus, Al. decanus, omnes et singuli de capitulo Misnensis ecclesiae recognoscimus et tenore praesentium protestamur, quod convenientibus nobis in capitulo decrevimus antiquis statutis et consuetudinibus, videlicet quod praelaturae et personatus ecclesiae nulli extra capitulum conferantur, sed tantum personis emancipatis. Idem dicimus de ecclesia in Mugelin et in Schewitz<sup>a)</sup>, quae hactenus canonicales fuerunt, quibus statuendo adiicimus tres capellas, capellam dominae nostrae in curia episcopali, capellam sancti Johannis baptistae in curia marchionis, et capellam sancti Jacobi in castro Aquatico, quae solum emancipatis canonicis conferentur, quarum collatio ecclesiarum et capellarum ad episcopum pertinebit. Proprietates ecclesiae utpote Pirne et Dresden cum suis pertinentiis repetet; Gronowe<sup>b)</sup> et si qua alia bona vacare contigerit, repetet toto posse. Quorum si aliqua recuperabit, nec ipsa nec alia habita vel habenda alienabit absque totius capituli licentia speciali. Debita, quae adhuc debentur de Pirne et de Radmaritz<sup>c)</sup>, studiosius repetat et quantumcunque consequitur de pecunia illa, primo omnium absolvat bona capituli, deinde episcopalia, et si quid residui fuerit, de consilio capituli ad usus ecclesiae, ad augenda bona episcopalia convertere tenebitur bona fide. Obedientia dominicalium, si facultas se obtulerit, habebit in thelonio Misnensi quinque talenta. Item obedientiae canonicorum Misnensium nec per negligentiam ad Misnensem episcopum, nec quocumque modo alio devolventur. Item ad scolasteriam in eodem thelonio quatuor talenta pertinent ab antiquo. Datum anno dom. M°.CC°.XC°.VI°. feria sexta ante festum beatorum apostolorum Symonis et Judae. In cuius rei testimonium singulorum sigillis praesentes litteras fecimus communiri.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen. An Pergamentstreifen hingen 11 Siegel, von denen zehn noch erhalten, aber zum Theil beschädigt sind.

a) Altmügeln und Zschaitz. b) Gruna, Par. Dresden oder Briessnitz. c) Radmeritz in der Oberlausitz.